

## NÚMERO V

ERA MCLXV.

Santiago.

Año de C. 1127.  
13 de Noviembre.

**D. Alfonso VII confirma el coto de esta Santa Iglesia y dona para su aniversario el castillo de San Jorge en la Sierra del Pindo.**

Archiepiscopus D.—primo de inclito imperatore alfonso dne. urrache filio iam in imperium sublimato.

Qui sua facta a successoribus suis inconcusse seruari desiderat: statuta predecessorum suorum omnibus modis illibata conseruet. Qua propter ego adefonsus dei gratia totius hispanie imperator. dum causa orationis ad limina bti. iacobi apostoli aduenisse. et testamenti seriem coram omni concilio nobilium meorum uirorum audiuisse quam dudum mater mea regina domna Urraca fecerat. et proprio robore confirmauerat: ob bti. iacobi apostoli reuerentiam de cauto a flumine isso. usque ad mare. et a tamare usque ad uliam. ut si quis armata manu forciose aliquid rapuisset uel tulisset: secundum morem auorum meorum precedentium regum sex millia sol: pro temerario ausu ad partem sci. iacobi exsolueret. et si sine saione infra hos terminos sci. iacobi aliquid quidquam pignorasset uel violenter depredaretur. D. sol: pareret. et duplatum pignus redderet: salubre (consilium) elegi. ob anime mee et patris mei. et eiusdem matris mee remedium. et auorum meorum huiusmodi scripturam

fidi deuotione in perpetuum adfirmare. et omni tempore in rigore tenere.

Sic similiter confirmo quicquid predicta mater mea regina domna urraca bto. iacobo aplo. et archiepo domno didaco et canonicis eiusdem loci sancti ad eorum sustentamentum et procurationem perhenniter contulit. Si uero aliquis homo hoc factum meum etc...

Facta carta donationis. Era I.C.LX.V. et quotum idus nouembris.

Ego. A. totius hispanie imperator quod fieri iussi conf. Infanta dna. sancia conf.

Infans dns. adefonsus conf. (Regis consanguineus).

Comes R(udericus) de traua conf.

Comes gomez conf.

Comes rudericus martinz conf. (tenens legionem)

Ranenirus froilaz conf. (de autares)

Rudericus uermudiz maiordomus (in curia regis) conf.

Garcia garciaci signifer regis conf.

Velasco petri conf.

(Garcia Petriz)

Fernandus iohannis conf.

Iohannes didaci conf.

Regiam condecet maiestatem ecclesias dei detenderre. honoribus ditare. beneficiis ampliare. Quapropter ego adefonsus dei gratia totius hispanie imperator bto. iacobo et domno didaco eiusdem ecclesie archiepo. et eius canonicis pro meo anniversario et peccatorum remedio seu parentum meorum. huius scripture firmissima pagina do et concedo castellum sci. georgii netus. et nuum. cum caractere et hominibus et terris uidelicet gentines. celticos. barchala. carnuta et omnibus suis beneficiis. sicut hodie nostri iuris est. et dividit cum castellis uidelicet. traua. ferraria. quicquid concluditur infra suos anticos terminos. et ad regium fiscum pertinet. ita ut

ecclesia bti. iacobi habeat. et euo perhenni possideat.  
Si quis tamen contra hoc meum factum etc...

Facta carta donationis et confirmationis.  
Era .I.C.LX.V et quotum idus nouembris.

Ego Rex adefonsus cf.

Infanta dna. sancia.

Infans dns. adefonsus.

Comes rudericus de traua.

(Sancho fernandiz cf.)

(Arias odoariz cf.)

(Monio tacum cf.)

Ciprianus petrides ecclesie bti. jacobi canonicus et  
clericus Regis scripsit per manum donni bernaldi regis  
cancellarii.

(Era .I.CLXV. et qt. id nouembris) Cum celebris  
memorie presens imperator dominus adefonsus mortua  
matre sua regina domna urraca primo accepto regni  
sui imperio ad bti. apli. iacobi limina. causa orationis  
humiliter aduenisset. confidens de dei misericordia et  
meritis bti. iacobi apli. corpus suum sepeliendum huic  
apostolice ecclesie summa deuotione tradidit. Cuius si  
quidem uisa tanta et tam humili animi deuotione. ne  
nerabilis pater loci sancti archieps. dominus didacus.  
necon et eiusdem ecclesie seniores uidelicet canonici  
de regis deuota intentione gauisi: affectu summo dile  
ctionis eum in canonicum suscepserunt. et eius anime  
hec subsequentia beneficia facienda. in perpetuum de  
uotissime promiserunt. scilicet ut in uita ipsius compo  
stellana ecclesia cum omni archiepiscopatu suo in uigiliis  
orarum. in celebratione missarum. in erogatione hele  
mosinarum. et in cunctis sacris beneficiis pro eo orando.  
obsecrando. postulando. apud districtum indicem inter  
ueniat. quatinus inimicos suos. et barbaras nationes ei  
subditas faciat. et regnum suum in pace obtineat. et ad  
uitam eternam ipso prestante perueniat.

Post sue uero deposicionis diem in primo anno: dom  
nus archiepiscopus et omnes canonici cum toto suo  
archiepiscopatu exequias. et sacras oblationes. missas  
uesperas. helemosinas. cum omni deuotione in eius me  
moriā omnipotenti deo: persolvant. In ceteris uero  
annis. bis in ebdomada .III. scilicet et .VI. feria. uotiuā  
sollempnia deuocius et sollempniter celebrent. et quo  
tienterūque loci sancti archiepiscopus sacros ordines  
ficerit. terciam partem. missarum que solent sacerdoti  
bus iniungi: pro eius anima celebrari precipiāt. In eccl  
esiārum uero dedicationibus et conciliarum celebrationi  
bus. dignam eius memoriam semper fieri precipiāt. In  
processionibus autem et dominicis diebus eius sepulcrum  
cum aqua benedicta et responsorio sollempniter uisito  
mus. sicut ad patris sui sepulcrum facere consueuimus.

Pro his namque beneficiis prefatus imperator. diuina  
inspiratione conpunctus: castrum sci. georgii cum kara  
ctere et hominibus et suis appendiciis. unde et comitem  
domnum rudericum petriz prefato archiepiscopo et eius  
canonicis hominum fieri precepit: ultroneus predicte  
ecclesie legitimo scripto post mortem suam dari incon  
cusse precepit. Hec scriptura firma et illibata omni  
tempore permaneat et a successoribus meis firmiter te  
neatur et observetur.

(Inédito. Tumbo A, fol. 40.—Lo que va entre paréntesis está tomado  
de las copias insertas en el Tumbo B, fol. 173 y en el Tumbo C, fol. 27  
vuelto).